

# Jasonis mayni iurecōsulti:

æquitis romani Cæsarei et ducalis senatoris: ac ducalem legatū  
in germania gerentis: Ad Serenissimum Maximilianum inuic-  
tissimum Romanorum regem: in auspiciatissimis eius et Auguste  
Blanchemarie nuptiis: Epitbalamion.

Redimus Serenissime Rex et inuictissime Cæsar felici ali-  
quo sydere processisse: vt nos qui anno superiore: pro inely-  
tissimis mediolanensium Principibus gratulatoriaz rome oratio-  
nem habuim⁹ ad Alexandrum sextum romanum pōtificem: nunc  
etiam eorundē legati ad te romanorū regē maximū baud imparē  
sim⁹ orationem habituri. Vos estis duo mundi luminaria magna:  
pastoralis auctoritas et Cæsarea potestas prima z summa cristas  
ni orbis capita: et precipua vniuerse terre fūdamenta. Equū fuit  
et cōsentaneū nos q̄ diuoz Principū nostrorū iussu eū q̄ spiritali  
b⁹ preest salutauim⁹ anno nūc reuoluto te qui tgalibus preesses sa-  
lutare. Detulimus p̄cipum nostrorū mandato: sicuti catholicos  
decebat: pontifice beatitudini z apostolico trono perpetue obedi-  
entie et sincere deuotionis cultū. Eorū nomie cæsarea nūc maiesta-  
ti inuolabilis fidei et immortalis obseruātie pignus deferimus.  
Nos etiaz sicuti par est speramus: vt quēadmodum a Beatissimo  
sacrorū omnīū antistite: et Reuerendissimis ecclesie militātis car-  
dinalibus voces nostre clemēter admisse fuerunt: ita nunc a Sere-  
nissimo romanorū Cæsare: z Illustrissimis germante Principibus  
verba nostra benignis auribus excipiātur. Nec tam uiculi sermo-  
nis nostri exiguitas est attendenda: quā mittentiū pronus ad oīa  
anim⁹: precipua fides: et singularis obseruātia cōsideranda. Gra-  
tiora quoq̄ quecūq̄ a nobis in presens pferentur fore cōfidimus  
quod inter Cæsareum calmē et excelsos Mediolanensium princi-  
pes necessitudinis et affinitatis vincula sunt cōtracta: per has sā-  
ctas maritales tedas: et hūc felicem bymeneum: vt cuilibet vel te-  
nut eorum nuncio non parue gratie locum sperare liceat.

Uicunq̄ rex eminentissime: egregia et summa augustissima  
rum Laudum tuarum preconia: vel orando vel scribendo ce-  
lebrare voluerint: vel potius celebrata z totiens decantata contē-  
plari: aut rectius contemplando admirari et secum obstupescere:  
facile intelligēt nihil tibi vlla ex parte deesse: quod vel a natura vlt  
a virtute vel a fortuna sit expetendum: quin ea omnia sis cumula-

A

tissime consecutus: que ad assequendā omnem presentis seculi felicitatem spectant. Hec tuas maximas et immortales laudes ab vno aliquo riuulo scaturire inuenient: sed ex variis et vberissimis fontibus abunde manare. Natus es gente Austria: domo inclita et celebratissima: que tot regum et imperatorū mater: sepe etiam Pannonie: sepe Boemie: quandoque Polonie reges dedit. Ex gente Austria vnde quaque occurrunt Rodulfi. Bernesti. Leopoldi. Berici. Ottones. Alberti. Sigismondi. Federici felices et candidissime anime huius excelsae familie: quā virtutē: illustris gesta: celebresque victorias admirari magis quam recēdere equū est et ueneratione potius quam commendatione complecti. Rodulfus Austrius romanorū imperator: Bononiam amplissimam italie ciuitatem et totam flaminiam ecclesie romane dono dedit: Et Ottocharum robustissimū Boemie regem: qui Austria et Stiria romano imperio ademerat: tandem vario et ancipiti bello victum interemit. Albertus austrius tertius Pannonie et sextus romanorū rex: tibi patruus magnus: quom in humanis ageret Martis filius et belli fulmen ferebatur. Preter cetera preclara facinora Hussitas ferocissimos Boemie populos ecclesie catholice non minus impias et hereticas sectas quam sceua et horrenda bella mouētes non modo superauit: sed quasi maleus quidam omnino contriuit. Federicus Austrius tertius huius nominis imperator genitor tuus plentissimus in omni probitatis et glorie genere etiā priscis quibuscūque cōferendus: Heleonoram Beduardi Lusitante regis filiam: et Alphonsi hispaniarum preclarissimi regis neptem: coniugem duxit nobilissimam: augustaque serenissimā: Unde sibi oēs lusitante et hispanie potentissimos reges affinitate deuinxit. Ex ea te maximilianum filium suscepit: quē super ut par est carissimū habuit: non tam ex eo quod vnicū haberet: quam quoniam spei ac vnicę et mīre fores expectationis: et vnicus ut paternarū laudum ita paterni imperii futurus indubitatus successor. Tibi nomen Maximiliano parens indidit: non sine quodam diuino instinctu ut Plato attestatur: Quod duo significat Maximum et Emilianū. Ambo romanū militarium copiarū prestantissimi duces ac triumphales viri. Maximus enim fabius romanū impiū pene desolatū aduersus hannibalē penū cūctādo restituit. Emilianus vero Scipio hannibalē tandem deuicto cartaginensē triumphū egit. Vtriusque tibi nomen copulatū est: ut quis alterū equasse fuisset gloriosum: tamen vtrūque nomine referre: et vtrū

usque prestantiam superare esset tibi multo gloriosius. Illi romanū imperium aduersus gētes barbaras defenderunt: et de hostibus profligatis celebrem triumphū egerunt. Tu quoque romanorū rex supremus: non solum romanū imperium cui merito preces sed et vniuersum populū christianus aduersus turbanicam barbariem: que diutius crassata est proteges: et prostratis deletisque fūdītus nequissimis orthodoxe fidei hostibus: et christiana dignitate ac fide catholica in pristinum decus restituta: non solum terrestre tropheum reportabis: sed etiā celestem triumphum cum immortalī gloria et sempiterna salute consequeris. Hec sunt generosa semina et illustres radices: quibus tam feliciter in lucem editus es: natōe germanica oīs ut aplissima sic et nobilissima: quā non immerito aliamania quasi ala magna nuncupatur: gente austria non modo veterē et heroica verū etiam regia et imperiali: Patre imperatore gloriosissimo: Matre ex regia prole et augustissima. Tanta est tue sublimissime originis amplitudo: ut tam nichil tibi amplius posse honoris addere imperium videatur: quod etiam nascendo meruisti: cum ex imperio ita prodieris ut ad illud assumptus: non tam institui: quā in eo persistere credaris. Quos de te successus tam fortunatissimi partus stirpis adeo egregie prestolari iure optimo mortales poterant: longe semper excellentiores prestuisti. Parū enī fuisse preclaris nasci parentibus: nisi illoꝝ splendor augetur. Et quanto est maiorū vita preclarior: tanto posteriorum secedia flagitiosior. Cum Alexandro Macedoni totales septus dicerent: tot et tanta tibi relinquet pater. Quid prodest inquit si multa relinquantur nobis cum ipsi agamus nichil: Philippum macedonum regem Alexandri patrem Theophrastus et Plutarchus tradunt: non solum genere et dignitate regia: sed etiā diutez moribus maiorem ceteris regibus moderatoremque exuisse. Fuit tibi semper precipue cure: ut non minus imperio: quam patre imperatore dignus redderis. Vera ista sed rara felicitas est: felicitate ad quam quis genitus sit: se quoque meritis et propriis virtutibus dignum efficere. Tecum sedulo cogitabas qualem te euadere oporteret: ut maxime parentum glorie responderes: et semper clarior euasisti: quas opinione cōciperes. Ceperunt prelucere in te adhuc iuene virtutes singule imperatorie: clementia. liberalitas. continentia. modestia. iusticia. prudentia. fortitudo. magnanimitas: et tales quidem quales vix vnquam etiā longo sentio cōfecti nascuntur. Quis es hōrē regū virtute prius etate pucisse. Quis es euo imaturus prius meritis ad ignū

quam annis maturuisse. Uix dū puer felicia oīa que tibi obuenerant ad dei benignitatē referens: cepisti pro christiana republica esse sollicitus. Cōcepisti tacitus aīo a teneris vsq; vnguiculis futuram expeditionē aduersus sceuissimā z truculentissimā turbarum insolentiā: nō minus te ipso quā christiano p̄ncipe dignam et eo quidē p̄ncipe: qui ceteris christiāis p̄ncipibus p̄cesse p̄culdubio sperare. Inter crescētem etatis tue adolescentiā: quasi inter virtutis z fortitudis tue rudimenta: Franchos: Eburones: Sicambros: Batauos: Morinos: nō minus sapiēter quam fortiter profligasti. Reportasti sub viridi iuuetā varias celebresq; victorias: quas lōgo etiā euo obtinuisse fuisset gloriofū. Taceo que nimium oībus nota ac trita sūt: quanta sit tibi rei militaris disciplina: quāta disponēdis militū copiis ratio: quāta castrētium laborū patientia: quāta vigilantia: quāta sollertia: quanta ductandī exercitū peritiā: quāto animi ardore: quāto corpis robore res bellicas tractes. p̄tereo actas sub pellib<sup>9</sup> byemes estas. iter bella sudatas. quotiens excubias egeris. speculatū sis egressus. castrametatus. z oīum castrensiū munitū numeros obieris. ac vniuersa optimi militarium ordinū imperatoris officia cōpleueris. Neq; vero te castrensia negotia: aut bellice artes a litterarū p̄meritiis abduxerūt. quib<sup>9</sup> ipense incubuisti. cū itelligeres litteras esse virtutum omnium magistras: et compertum haberes Cæsaream maiestatem non minus litteris quam armis prestare oportere. Neminem decet plura scire q̄ p̄ncipem: qui sicuti plurimis p̄cest. ita plurimos debet prudentia antecellere. Demetrius p̄baleus p̄tholomeum regem mōebat vt legendis libris sedulo vacaret. Que enim amici non audent reges monere librorum lectione erudiuntur. Fortunatas esse resp. Socrates et plato attestantur. quarum principes sapientie studiis vacant. Prudentia ceterarū virtutum dux est: qua aurigante imperii habere consultissime moderantur. Hac duce nihil temere nihil insipienter agitur. Carol<sup>9</sup> quartus eius nominis romanorum imperator. dum cōstitutōnes de regum z imperatorum creatione ederet. illud precipuum statuit: vt qui ad cæsareā dignitatē aspirat. etiā variarum linguarū peritiā teneat. p̄sertim latine. italice. gallice. liburnisse. et germanice. Tu has omnes adeo calles: vt quacūq; loquaris. tibi sic domestica reddatur: quasi eam inter teneros nutricum amplexus inbiberis. Mitridates rex p̄oti vel ex eo apud veteres nō parū cōmendat: q̄ variarū linguarū quib<sup>9</sup> p̄erat meminisset: z sigulis

sine interprete responderet: Accedit totius corporis dignitas z elegantia: que plurimum de celo traxisse credit: z virtutibus gratias vel vt p̄acatus quit suffragium addit. Valida membrorum internodia: lacertorum robur: lati pectoris firmitas: maiestas vultus. regium supcilium. quidam impatorius oculorum vigor vt appeat naturam heroicum totius corporis decorem indulisse: qui te impio dignum ostentaret. Hic generis tui impatorius splendor. hec tam preclara adolescentie tue facinora. peculiare animi z corporis dotes: rare admodū ac p̄pterea admirabiles Carolū Burgū dionum ducem ac Belgarum regem fortissimūz facile adduxerūt vt ei assentiretur quod post obitum per diuam eius consortē et p̄mates effectui est demandatum: vt Mariam filiam vnicam multarum gentium z nationum futuram heredam tibi vix pubescēti matrimonio copularent: ex qua priusq; imaturo leto occuberet p̄lippum et Margaritam celestes liberos suscepisti. Hec ingentia merita mouerūt germanos p̄ncipes sacri impii electores: vt vniuersi consensu omniumq; suffragiis te in romanorum regem: mox futurum impatorem legerent z salutarerent: inter admirabiles poplorum acclamationes cōgratulationesq; publicas. Magna tua laus est sed maius meritum: tam sincerum z integrum: tot p̄stantissimorum electorum iudicium reportasse. Hec multo inferior eorum laus est: quin optimi censerī debeant: cum de optimo p̄ncipe optime prospexerint. Sed prestat bene mereri quam in bene meritum conferre dignitatē. Alterum enim solide virtutis est: alterum iudicii quāuis cum prudentia coniuncti. Interea cepisti animū denuo ad rem maritalem flectere: cum meminissetq; matrimonium est venerabile fidei z honestatis templū: suauissimum vite condimentū. consensio quedam celestis. consortiumq; diuinum. humanos affectus z sensuales appetitus intra legitimam cōnubii copulam maritali lege cohercens: z intra diuinos sanctissimi coniugii limites cobibens: ne soluti et infrenes: ferarū ritu in varias cupiditatum illecebras euagentur: z in quecūq; voluptatum precipitia debentur. Deus rerum omnium conditor z fabricator hominem veluti simulacrum suum formauit. Et quod erat maximum diuini opificii ei soli sapiētie gratiam inspirauit. Solus homo rationis capax mente et prudentia p̄ditus: lingue z sermonis copia dotat<sup>9</sup> solus etiā non vt cetera animantia in humum prostratus: sed erecto corpore et sublimi facie formatus est: z quasi terrenis neglectis ad signarū rerum speculationem est effectus. Cum autem homini

Deus rationis et intellectus lumen infudisset: quo longe ceteris animantibus prestat: et sentiendi atque eloquendi virtutem concessisset qua carent cetera animantia que muta sunt et ratione carentia: ita tuens humani generis conseruationi et propagationi consulere: etiam salutarem modum adinuenit quo a feris distaret. Non enim promiscuos et indiscretos concubitus ferino ritu: humane generationi studendum esse voluit: sed per sanctum gemalis thori matrimonium. Deus ergo marem et feminam in matrimonium: hoc est in corpus unum indissolubili vinculo coniunxit: ut essent humane diuineque vite perpetuo socii. Diuina providentia per hoc sacrum legitimum coniugium fedus / et celeste matrimonii sacramentum uniuerso humano generi prospexit: ne eius dignitatem inueuitabilis conditio instantis mortalitatis extingueret. Qui igitur extra religionis claustra et extra celibatum in hoc seculo viuere proponunt supra lege: duce ratione: et sicuti boiem decet: castissimum sanctissimi coniugii sacramentum obseruet. Qui secus faciunt a recto rationis calle: et bono hominis sensu alieni: vitam pecudum sub humana specie viuere creduntur. Non ab re Didro virgiliana troiano Enee exprobat. Non licuit thalami exirem sine crimine vitam Degere more fere. Fecisti ergo sacer rex ut reliqua omnia consultissime de matrimonio cogitare: sicuti christianum regem diuine legis memorem decebat. Sic enim tuo generi: tue familie ac posteritati regno et impio consultum esse voluisti: et per dulcissima pignora tam generis claritatem quam nominis memoriam in posteros longius propagare. Offerebantur tibi non solum a germanis principibus: sed ex uniuerso pene terrarum orbe a regibus quibuscumque maritales tede. Nemo enim est tam alto solio constitutus qui non existimet se ex tua affinitate altius multo subleuari. Sed tu animum adiecisti ad Blancham mariaz Vicecomitem Augustam: in qua virginalis pudor cum matronali gravitate coniunctus: omnium voluntates quam facile promeretur. Incertum tamen videri posset: an diuino consilio: an tua prudentia processerit: nisi quod ad deum optimum maximum bona omnia sunt referenda. Agitur nunc annus octauus et vicesimus supra centesimum: quo Leopoldus dux septimus Austrie proauus tuus: Illustrem dominam Eliridem primogenitam sancti Bernabouis Vicecomitis Mediolani domini uxorem duxit: ex qua quinque liberos superstites reliquit. Inter reliquos suscepit diuum: Bernestum ducem Austriam: patrem Serenissimi imperatoris Federici genitoris tui. Hinc liquet inter Austrios et Vicecomites: renouat a3 nunc

esse et non institutam affinitatem: et necessitudinis vincula instaurata potius quam contracta. Quomodo de hoc fausto felicique matrimonio verba ad te Maximilianum referenda sunt: oportet tuam admirari prudentiam: quomodo vero ad Blancham Augustam felicitatem. Neque enim illa excelsoz virum in toto orbe / aut prestantioz nedum sperare: sed nec desiderare poterat / neque tu melioz aut moratoz virginem reperire. Blanca re et nomine non solum membris sed et moribus et vita: nature et corporibus muneribus: fortue et animi bonis predata est: his presertim que in virgine precipua habenda sunt: pudore. pudicitia. probitate. venustate. et ingenii acuminis. Quauis illustri sanguine paterno et materno genita: et christi anissimi Franchorum regis sobria: tamen in tela. in acu. in phrygiis operibus: et in omni mundo muliebri instructa: et tanquam a Pallade edocta priscam Lydarum et Cariarum mulierum gloriam excellit. Gratia oris eximia: forma totius corporis procera et elegantis: et his lintamentis a quibus Zeus pictor cantatissimus facile omnem pingendi venustatem: ut a virginibus Crotonatibus posset excerpere. Propter has eximias dotes a variis principibus et regibus in matrimonium vndequaque deposcebatur. Maximas enim in eo felicitatem nobilissimus quisque reponebat: si hanc in coniugem assequeretur. Primum Philiberto Sabatensium ducis filio desponsata est. Sed ille euo immaturus in rapida fata concessit. Tres subinde regum nuptiales tede oblate sunt. Matbias Pannoniarum rex gloriosissimus eam Joanni Coruino unico filio despondere curauit. Sed Matbia vita functo: multa que animo conceperat de futura filii in regnum successione in irritum cessere: que facer hincenas prohibuerunt Jacobus Stueri Scottensis: prime iuente adolescens: qui in sula britanie impat: qua parte in septentrio nem vergit: hanc in consortem et thori sociam expetiuit. Vladislaus Boemie impitans: qui pannonicis regno successit: haud impar Matbie gloria futurus per crebros internuncios in uxorem diutius sollicitauit. Sed eras his omnibus longe superior Maximiliane: inter christianos reges cesaream maiestatem obrinens: cui ut genere et potestate: ita virtute et probitate par in toto terrarum orbe reperiri non posset. Tibi ab eterno destinata est: non solum vna in carne pro diuino precepto: sed etiam vna mente futura. Tibi est indissolubili sacri coniugii vinculo copulata: quod ut felix et faustum est: ita in annos nestoreos et ultra Philiam senectutem vtrinque producat. Tecum feliciter omnem vite sue cursum transiget: eque labor

rum & curarum atq; honorum futura socia. Nec tam potentia tua  
q̄si p̄ te p̄petuo reuererit. In dotē constituta sunt quattuor cente  
na milia aurei numi. Insuper in p̄ferua aduecta est summa aureorū  
sexaginta millium pro localibus vestimentis p̄fecta supellectili  
et reliquo mundo muliebri. Visa est tamē natura rerum omnium  
parens ex industria illam Principum & regum contentionem in  
augusta virgine ambienda ac certatim deposcenda instituisse: ne cō  
festim tui thalami socia constitueretur: sed quasi p̄ aureos Prin  
cipum & regum gradus altius ascendēs: tandem ad suprema tue  
Cesaree aule fastigia deduceret. quia nichil in humanis excelsi  
reperit. Huic tanto m̄fimonio etiam numina & sydera applausisse li  
quer. Nam quod vix alias nisi diuinitus factum credi posset Sere  
nissima regina & comitibus media hyeme longum iter ad maesta  
tem tuam facientibus: nulle vnq; pluuie / nulle e celo niues decide  
runt. Non frigoza / non obdurata glacies quasi rigoribus contra  
ctis obstiterunt. Quinetiam plerisq; itineribus pulueres quasi est  
ui affuerunt. Solis radii diuina auguste specie delectati: & montanis  
& campestribus locis quotidie circūfulserunt: & ultra rationes hiber  
ni temporis incaluerunt. Rhetice alpes celo vicine que Germani  
am ab Italia determinant: asprime & quasi inuise: in Auguste tran  
situ subsedisse & quasi se inclinasse vise sunt. Posteris hec fortasse  
mira & incredibilia videbuntur. & tamen sunt reipsa verissima. Nā  
terrarum domine terras quascūq; obsequi cōgruum fuit: & equū  
celesti forma celitus ista indulgeri. Excitauit te non parum Rex  
Sacratissime ad has sanctissimas nuptiales tedas facerq; diuina  
sapientissimi Principis Ludouici Marie Sfortie Vicecomitis:  
regine patris ratio: quē magnis ex causis tibi maiori beniuolentia  
& arctiori affinitate iungere desiderabas. Lutatius Sylla cognomē  
to feliciter maximas inas felicitates Pii Metelli amicū itam du  
cebat. Repetis memoria ciuitates populos ac nationes que ab im  
perio p̄sertim per Italiam defecerunt. Non ignoras quam altissi  
ma sit Diuus Ludouicus prudentia: quam immensa sapientia.  
Quo diuino ingenti acumine excellat. Quanta animi magnitudie  
prestet. Quantam rei militaris scientiam teneat: Quantum aucto  
ritate polleat quantum gratia. Non ignoras q̄ non solum medio  
lanense imperium moderatur: verumetiam ceterorum italie prin  
cipum & regum vota pro arbitrio disponit. Nō ignoras Diuū Lu  
douicū eē refū italicarū arbitrum. Quod i ei<sup>9</sup> māu sit: pacis aut belli  
Fani aut Marti postes referre. Nō ē tibi obscurū q̄ totius & emolu  
mēto Diu<sup>9</sup> Ludo. eē possit cesaree maiestati p̄ impio reintegran

do et amplificando. Stimulat te non parum desiderata diutius in  
turchas expeditio Sed recolis retroactis sepe temporibus taz p̄  
am expeditionē: propter italicas seditiones variosq; tumultus fu  
isse impeditam: qui etiam romanos Pontifices et sacros Card  
inales retardarunt. Diuus Ludouicus italice pacis nō solum auc  
tor: verumetiam cōseruator: quascūq; huius sanctissimi voti tui  
occupationes ex Italia facile dissoluet: & quecūq; obstantia ammo  
uebit. Non solent planete: nisi geminētur magnum aliquid moliri.  
Sed vbi cōiunguntur. vt Saturno Jupiter. aut sol Mercurio.  
magnum in terris effectus protendūt. Per Blancham augustam  
Cipera aquile tonantis aliti colligatur. & Ludouicus tanquam  
Mercurius Joui hoc est Maximiliano terrarū domino coniunc  
tus est: Sic q̄ sapientie & potētie i fluxus sūt cōglutinati: vt mirabi  
les & fortunatissimos maximarū rerum euentus nō incerta spei rōne  
liceat expectare. Occurrebat et aliud animo tuo: velut ex alta spe  
cula lōgius p̄spiciētī: q̄ quāuis Cesarea potestas sit in orbe lumi  
nare magnū: eget tamen sepenuēro altero magno luminari scilicet  
pōtificia potestate. Huic indigentie succurret Reuerēdissimus sa  
cro sacte romane ecclesie cardinalis Ascanius maria Sfortia Vi  
cecomes: alius regine nostre patruus Qui quātū apud apostolicā  
sedem: et sacrum cardineum senatū: prudentia: auctoritate et gra  
tia valeat ac excellat vt ipse taceam. oibus etiā extra romanā curi  
am exploratissimū est. Ut primū Diuus Ludouicus de hoc tanto  
cōnubio regis nūciū accepit. tanq; graui somno excitus cepit ma  
gis stupid<sup>9</sup> q̄ letus esse. Multū ac diu seculū cogitans & aio tacitus  
volutās tandē non aliūde q̄ a deo maximo bonorū omnium largito  
re tantū mun<sup>9</sup> acceptū habuit. & maximas oipotenti deo supplica  
tiones & gratias egit. Dū hec aguntur: & iā Federicus genitor tu<sup>9</sup>  
colendissimus longo senio cōfectus nature concessisset: Turcharū  
mense proximo octobris multa milia in Coruatiā descenderūt.  
Non parū stragem ferro & igne: cum ingenti preda christianis in  
tulerunt: decem ferme milibus partim cessis: partim precorū ritu  
abactis. Sed Coruatiū p̄prie culpe penas luerunt: eo q̄ auxilia  
res germanorū copias prestolari neglexerunt. Ea clade tu sollicita  
tatis mira celeritate quindecim millium equitū ac peditum exer  
citu cōtraxisti postposita oī alia cursū quāuis admodū graui. Lata  
trepidatione tuū celebratissimū nomē turchas affectit: vt q̄ primus  
eorū auribus etiā ex longinquo insonuit: turpē fugam arripuerunt  
Alii quicūq; exercitū duces hostium fuga exultassent. S; votis

tuis fuit contraria et inimica. Nam cum manum cum perfidis hostibus aperto Marte conferere quam maxime desiderares: et nihil magis timeres quam ne nimium timereris: illis ante tuum acceleratum aduentum: in precipitem fugam versis tibi celebrioris victoriae materiam creptam indoluisti. Tecum tamen feliciter rex generosissime actum est: quod eodem tempore et ad imperium vocatus: ad turcharum arduam expeditionem es accitus. Quam speciosum est et ad publicam disciplinam accommodatum: per aduersa et obstantia ad res secundas euehi. In rebus asperis virtus exagitata perficitur: et perfecta vniuersum cognoscitur: et cognita splendorem et gloriam longe lateque diffundit. In ipso imperii tui limine nactus es pulcherrimam occasionem ostentande virtutis tue: ut per difficillima bella clarior in dies et celebrior reddaris: et tuis generosis opibus te tanto sceptro dignum ostenderes. Quam illud tibi gloriosum est: quod eo tempore imperii potestas ad te puenit: quo precipuum imperatoris munus prestare possis: et lautas opes ac magnitudinem imperii: non ad priuata sed publica commoda: publicamque salutem conuertere. Alius fortasse calamitosus temporibus se imperii fasces suscepisse grauaretur. Tibi maxime cedit voluptati quod in ipsis imperii primordiis simul incipias et imperii habenas suscipere: et in rerum discrimen exerceri. Generosi et strenui animi est malle in castris et assiduis periculis esse: quam in deliciis versari. Quod si apud gentiles philosophos et apud Ciceronem eloquentie principem creditum est: omnibus qui rempublicam auxerint iuuerint defende rint: certum esse in celo diffinitum locum: in quo beati sempiterno euo fruantur: tibi quorum vniuersam rempublicam christianam iuueris: et e faucibus spurcissimi et truculentissimi hostis eripueris: quas non elysias beatorum sedes: que non celestia loca parata credemus? Scio rex inuictissime multos tibi debere titulos: sed nullum illustriorem ac diuturniorem expectare potes: quam si fedam et impiam turcharum gentem barbaram et pestiferam ex christianorum ceruicibus excusseris: eamque exterminaueris. funditusque deleueris. Que hactenus gessisti et si preclara sint et illustria: talia tamen sunt vrbana aliqua excelsa virtute conficti potuisse credantur. Sed quod nunc in fracto anno aduersus barbaras nationes es aduersus: a nemine hactenus perfici potuit. Expectatur ut a te solo diuinis auspiciis conficiatur. Aut tu ille es: aut ea mortaliu nemo: quo duce: quo imperatore christiana plebs: ex diris et efferatis turcharum faucibus eripietur. Dio tuo augustissimo ad rectam

tendentis: et grauissimum bellum in turcas suscipere instituisti non quidem pro imperii amplitudine: sed pro diuini et christiani cultus propagatione omnia prospere feliciterque succedent: et sancta desideria diuina pietas comitabitur ac proteget. Favorabile et gloriosum est apud omnes presertim germanos proceres Maximiliani nomen: eo quod maximas res polliceatur. Tuis est enim et ingenua operam dare: ut hanc precipuam in mortales gloriam consequaris: ut etiam que supra homines sunt: tibi soli non impossibilia credantur. Ceterum gloriosissime rex ne longius quam fas est tua benigna audiendi facilitate: et sacri tui numinis reuerentia abuti videamur: vela contrahemus et grandi negotio breuem finem imponemus. Illustrissimus et sapientissimus Princeps Ludouicus: cum nos legatos ad Cesareum maiestatis tue culmen mitteret: admodum sollicitus fuit: ne parum tibi exprimere gratum eius animum sciremus: neue incredibilem deuotionem erga te augustam maiestatem minus quam sit testatam redderemus: et leticiam inextimabilem ac gaudium incomparabile nostra oratione parum consequeremur. Sed tue prudentie fuerit: ex paucis multa et quasi infinita colligere: et potius varia assequi coniectura: quam ex verbis nostris percipere. Utinam eius animum posses linceis oculis introspicere: profecto multo plura quam referantur spectares. Agit imprimis deo bonorum omnium largitori debinc sublimitati tue gratias quas maximas potest: cum diuina opera et tua benignitate tam desideratum coniugium sit subsecutum. Deinde cum ex tuis regis legatis: et ipsis rex successibus plane dilucideque prospexerit summam beniuolentiam et dilectionem qua erga eum tua sacra maiestas afficitur: et quam de eo optimam opinionem concepit: et quod eius precipuo intuitu regia celsitudo ad hoc sacrum connubium descendit: sese omnibus obligationum nexibus erga serenitatem tuam deuinctum prestat: ac perpetuo obnoxium affirmat. Spes itaque facultates. copias. vires. se ipsum ac liberos constantissima fide: pro tuo arbitrio etiam absoluto ac pro imperii usu et incremento deuouet ac dedicat. Tuum omne mandatum: omni euo immortalis beneficii loco ducet. Quinimo ad tuum omnem vel minimum nutum semper erit non minus re et ope: quam verbis aut sermone: animo celeri: prompto et expedito. Ad quamcunque tuam expeditionem: presertim in barbaras et turcas nationes: Idem Diuus Ludouicus sese paratissimum exhibet. non tam ex eo quod christianus sit: et intelligat quid christianum principem deceat: quam quod Maximiliani strenuissimi victoria signa: fulgentesque aquilas:

quocunq; vertantur: z in quęcunq; rerū euentū insequi p̄posuit.  
Blancha hō p̄sors tua z augusta vt oib⁹ admiranda: ita a te Cesare  
quā maxime amāda: in te vnū om̄s caritatis z affectus habenas re  
laxauit. A te solo pendere instituit: vt nichil vnq; illi graue aut mo  
lestū futurū sit. quod diuina maiestas tua imperauerit. Non mi  
uorem tue incolumitatis q̄ vite p̄prie rationem habiture.

Actum Parisius per magistrū Antonium Denidel. die xiiii.  
Augusti. anno a natali christiano M. cccc. xcvi.

Raymundus cardinalis Curcensis Consumatissimo iure con  
sulto: z oratori facundissimo: dño Jasoni Mayo: nostro p̄cipuo.

Non possumus nō summo opere extollere iuriscōsulte / z ora  
tor preclarissime orōem quā ad Serenissimū romanorū regē  
pleniori ventorū flatu insuflasti. Tanto enim latini sermonis orna  
tu: tantoq; verborū sale condita videbatur: vt non solū uos ipsi om̄  
minimi: verū etiam om̄s multitudinis corona publico z vno cōsen  
su oratorē in italia lōge ceterorū p̄ncipem decerneremus: Eā me  
diusfidius iam perorato sermone a te sicut scis: petiuimus. Quip  
pe q̄ publice sine oratoris discrimine legi: z publicari posse crede  
bamus. Mirū immodū elloquio tuo mellito accensi ip̄am orōnem  
apud nos esse cupiebam⁹. Sed voto nostro eo t̄pe subuenire locuf  
tibi non est datus. Siquidē si recte meminim⁹: orōem te dūtaxat  
meōrte mandasse: z non totam scripsisse affirmabas: pollicit⁹ eam  
vbi omni diligentia exscripta fuisset: ex Mediolano constāter uos  
bis esse donaturū. Proinde cum eam ornatissimā orōnem habere  
magis magisq; accendamus z ex meōria in scriptis translata eē  
arbitremur Desyderii nostri partis esse duximus: si orationē ip̄am  
per litteras nostras efflagitaremus. Eia igitur te valde oramus:  
vt huic nostro Labellario ad nos dare uelis pollicitisq; tuis oc  
currere contendas id quod ex humanitate tua te effecturum confi  
dim⁹. Vale cū salute Ex Pretorio Cleroneo. viii. Aprilis. Mil.  
cccc. xciii.